

Quid nimis. Accusas decreta latentia Iouæ?
Fasne est, quod statuit, uellere uelle, Deus?
Te solatiolo firmo sustentet Ioua,
Auxilio uiduas, qui uiduare nequit.
Idem coniugij seruabit pignora nostrj.
Nam pupillorum se probat esse Patrem.
Et vos cordolium in ventos dispergite, Amicj:
Iungemur quondam sedibus æthereis.
BVNIADVM stirps fera parcere Parca, memento:
Nec crudam posthac incute mæstitiam.

Johan: Scheinpflug Dresdâ Mys.
past. pro tempore Königswaldens.

E P I G R A M M A T I O N
in concionem funebrem.

Ingresso cathedram, circumstante popello,
Sermo Dej prompta fluxit ab ore, tibj.
VRBANVS verè es, non tantum nomine, sed re:
Urbanè in cathedra uerba sacrata facis.
Quæ placuit populo; quidni tibj Mome, placeret
Concio. Nam solem ferre, diemq; potest.
Mysta Theophrosynes, communem hanc profer in vsum:
Sic tua post cineres fama vigebit anus.

Iohannes Scheinpflug. D. P. C.

Klagge